II.4.243

Omen circa futuram electionem Pontificis.

Card: Cibo. Romano palato non sapit iste cibus.

C. Otto Bonus Venetus. Bonus ut octo. sed salsus ab aquis Venetis displicet.

C. Chisius Alexandri Septimi nepos. Urbis successor non valet esse nepos.

C. Bichius. Ignorans ignorabitur.

C. Jacobus Rasponus. Est hic annus fatalis Jacobis.

C. Barberinus. nec in Barbara nec in Dabitis concludet.

C. Barbarigus Venetus. vix ventus Venetus creditur esse bonus.

C. Altierius. Alterius non sit qui suus esse potest.

C. Conti. Inimici hominis domestici eius. NB. abundat nepotibus.

C. Julius Spinola. Ob spinas displicet ista rosa.

C. Delphinus Venetus. Inter oves Delphin non habet iste locum.

C. Bullonius. Nulli Gallus hic arridet, nec Phrygiis quidem.

C. Portu Carrero Hisp: Portam Sanctam nec claudet nec aperiet.

C. Cerri. In hac cera non sculpetur imago Petri.

C. Carpegna. Carpitur ut Gallus, timet hunc candum Gallus.

C. Ronsi Gallus. Bonus est Regi, malus gregi.

C. Ursinus Archiep: Beneventanus. Non urgebitur ut parcat agnis, qui ursus est ut sumeret.

C. Columna. Pro domo Petri ista columna non sufficit.

C. Nerlius. etsi nervos omnes intendat non concordabit vota Patrum.

C. Casanata. Hic Petrus non est domi.

C. Marescottus. Gestit ad hoc Petri cymba redire mare.

C. Spada. Absconde gladium tuum in vaginam.

C. Norfolc ord Praedic: Anglus. Angelus es, sed quis candida vota dabit.

C. Spinola Urbis Gubernator. Pungit dum Spina gubernat.

C. Pignatellus. Mors in olla. NB. Pignatello idem est Italis quod ollula.

C. Mellinus. Mel Hispanis, fel Gallis.

C. Bonuisius Nuncius Vien: Austriacis bonus visus est, sed non Romae.

C. Pallavicinus. Palla non Tyarae intimus.

C. Capiscucci Ord: Praed: Caput Ecclesiae foret, nisi cappa impediret.

C. Laurea. Ord. S. Franc: Laurea Doctorali non Petri Cathedra, celebris esto.

C. de Angelis. Pontifex de hominibus non de Angelis assumitur.

C. Ranucius. Haud amat ranas. Gallia, Roma spernit.

C. Verissimus Alencastro. Non fore te Papam verius esse puto.

C. Duratius. Scindet hic durus pectora dura Patrum.

C. Barbarigus venetus. Vinum tuum mistum est aqua.
C. Cicerus. Non est pro Cicerone Domus Petri.
C. Colonitz Germanus. Ignoti nulla cupido.
C. Camus. Anagrammatice musca. Non gustabit mensam meam.
C. Goes Germanus. Nescimus quid loqueris.
C. Radziciewski Polonus. Pandum frigus Romæ difflaveret.
C. Petrucci. Adhuc non Petrus. NB. Petruccio Polonice Piotrek.
C. Zalazar Hispanus. Pisces Petri hoc Sale non condiuntur.
C. Portiemberg. Nec Gallus, nec Germanus, ergo nihil.
C. Denoff. Polonus. Romam venisti quo posses videre mundum non ut Regnares.
C. Cotoredus. Non es adhuc de tempore Lucæ te colimus.
C. Acciaiolus. Pro gladio Petri fors quadrat iste chalybs. NB. quod chalybs Acciaio ...
C. Caraffa Episcopus Aversi. Tu aliquando reversus confirma fratres tuos.
C. Sachettus. Sacculum neque peram portaveritis. NB. Sachetto idem est quod Sacculus.
C. Ginetus. Roma sub hoc dicenda Lingua foret.
C. Pamphilius. Non est conveniens iuvenem succedere cano.
C. Corsius. Non omnis cursor fert pondera Petri.
C. Nigronus. Non est conveniens Ludibus iste color.
C. Astallius. Non hic sed est alius.
C. De Cavalero. Fallax hic equus ad Salutem.
C. De Medices Non est opus medico Sanis.
C. Ede. In altero mundo erunt novissimi primi.

... quadraginta imaginibus Imperatori Sigismundo a quodam Abbate in Concilio Constantiensi, Anno 1414 oblatis de futuris Pontificibus, de modo futuro Pontifice sic sonat imago. Aquilæ capientur in laquearibus muria et Ecclesia conculcabitur inter Spinas et rosas. Deinde pseudopastores irritabunt Gentes contra eandem, et nomen IESV desolabitur in Societate. Tyrannus surget pessimus contra ... hæreditatem, et percutiet Patrem Laudantem.